

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1753**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)



Tab.  
XXXVII.

III.

Antica cum num. I. con-  
venit, excepta nota temporis,  
quæ est 1647.

Postica inscriptionem, in an-  
tica inceptam, inter duo parer-  
ga sic continuat: REX BOHE-  
mia ARCH. idux AVSTRIÆ CO-  
RONATVS IN REGE. m VNGARIÆ  
16. IVNY.

Altera hæc est regia coro-  
na, quam FERDINANDUS noster  
anno, ex quo Bohemicam ob-  
tinuit, nondum elapso, ade-  
ptus est. Coronationis huius  
solemnia, in festo SS. TRINI-  
TATIS peracta, fuscè descripta  
reperies in mox laudato Thea-  
tro Europæo (a): qua occasio-  
ne nummi quoque *missiles* au-  
rei, argenteique populo sparsi  
fuerunt, ex quorum numero  
& is est, cuius ectypon hic  
damus. *G. C. suppl. II. tab.*  
*XXXVIII. n. 26. p. 673.*

IV.

Adversa sub corona Hun-  
garica, duobus palmæ ramis  
exornata, hanc inscriptionem  
offert: FERDINANDVS IV. REX.  
BO: hemia ARCH idux AVS tria  
CORONATVS IN. REGE. m VN-  
GARIÆ. 16. IVNY A nno  
MDCXLVII.

In postica sceptrum erectum,  
oculo *Divinitatis* fastigiatum,  
pone quod per transversum  
scheda erratica, cui inscriptum  
Regis symbolum: PRO DEO ET  
POPULO.

Symbolum a FERDINANDO,  
facto Rege Bohemiæ assum-  
ptum, hic denuo recurrit, cum  
TOM. II. P. II.

(a) Tom. v. ad h. a. p. 1066. col. 2. seq.

sceptro, regnantium signo, PROLES  
quod qua ratione intelligendum FERDI-  
fit, ex num. II. patet. M. III. IMP.  
*Imp. ar. I. dr. & in au. ½. duc.*  
*M. S. B. au. I. duc.*

V. VI.

Sub corona Cæsarea, inter  
duos palmæ ramos collocata,  
hæc inscriptio in utroque legitur:  
FERDINAND: vs IV. HVNG: ariæ  
ET. BÖH: emia REX CORON: atus  
IN. REGEM ROMANORVM XVIII.  
IVNY: MDCLIII.

Cetera præcedenti ex assè  
respondent.

Dies XXXI. Maii anni 1653.  
illuxerat, quo FERDINANDUS  
IV. Hungariæ Bohemiæque Rex,  
*Augusta Vindelicorum* Rex Ro-  
manorum electus fuit: inde  
cum Augusto patre *Ratisbonam*  
rediens, ibidem die XVIII. Iu-  
nii diadema suscepit. Epheme-  
rides huius electionis, corona-  
tionisque, apud SCHLEDERUM in  
Theatro Europæo reperiuntur.  
Nos nummos, factorum ho-  
rumce memoriam conservantes,  
prosequimur. *M. S. B. ar.*  
*pond. I. dr. 4. gr. & ½. dr. 10.*  
*gr. Maior ibid. ex auro quoque*  
*reperitur.*

VII. VIII.

Non discrepant hi duo num-  
muli a præcedentibus, nisi forma,  
seu modulo, & pondere, item-  
que quoad modicam sculpturæ  
varietatem. Inter se ipsos exigu-  
um etiam discrimen ostendunt,  
non nisi data opera animadver-  
tendum. Unde vel ideo operæ  
pretium esse putavimus, eorum  
hic dare designationem. Om.

I i

nes



PROLES  
FERDI-  
NANDI  
III. IMP. nes porro quatuor *missiles* fuisse, indubium est. *lb. ar. pond. tertia pars. dr.*

se diximus. *M. D. de FRANCE, Tab. XXXVII. S. B. au. pond. 4. duc.*

## IX.

Etsi & hic quoque a præcedentibus parum differat, delineandus tamen videbatur; ut constaret, aliam formam nummariam pro argenteis, pro aureis, qualis hic est, aliam fuisse adhibitam. Hic certe cum nullo præcedentium ex affe convenit, ut vel ex solis stellulis, in fine adversæ adpositis, manifestum fit. *M. S. B. au. 1. duc.*

## X.

Nummi huius utraque pagina cum præcedentibus, præsertim num. v. vel vi. convenit, exceptis magnitudine & metallo. Quanquam autem illos priores *missiles* fuisse satis constet; hunc tamen ex eorum numero, tum ob suam magnitudinem, tum ideo etiam eximimus, quod supra laudatus Theatri Europ. auctor diserte testetur, nullum populo missum fuisse, qui ultra binos appenderet *dugatos* (a), hic autem quatuor æquet. Quare designationem illam, tabulæ æri incisæ, in laudato theatro impressam, quamvis *missilis* nomen gerat, ex maiori tamen modulo hoc, aut ad arbitrium iconographi factum fuisse suspicamur, non ad formam & magnitudinem ceterorum, qui revera *missilium* loco erant. Atqui exinde confirmari putamus dicta ad num. iv. in FERDINANDO III. ubi id genus maioris ponderis nummos Magnatibus, seu aulæ Ministris de manu distributos fuis-

(a) Theat. Europ. P. VII. p. 361. col. I.

## XI.

FERD. inandus IIII: D. ei G. r. a. t. i. a ROMAN. orum REX. SEMP. er AVG. usus. Protome Regis armata cum paludamento, focali denticulato, & aureo velere: capite laureato ad lævam verso, cum longa cæfarie, ad tergum usque defluente.

Postica cum præcedentibus congruit, cum hoc exiguo discrimine, quod palmæ rami, pone schedam positi, supra eam multum emineant: secus ac in ceteris.

Eiusdem hic nummus cum præcedenti usus fuisse videtur, Proceribus nimirum, fortasse non solum sub coronationis solemnibus, sed ex post, ubi res & occasio exigeret, pro honorario distribui solitus. *M. Imp. ar. pond. semunc. 1. dr.*

Extat similis quoque adversa in tabulis HERÆI, cum ea solum discrepantia, quod chalcographus eiusdem licentiam sibi denuo sumpsit, & posticam nummi partem omittendi, & anticæ orbes ac circulos adponendi; ut formam redderet grandiolem. Hinc ab iterata eius delineatione facile abstineri posse iudicavimus.

## XII.

FERDINAND. us IV. RO. MA. norum REX. Effigies FERDINANDI ut num. præcedenti.

Adversa cum superioribus convenit, excepto, quod hic, omiffa



Tab.  
XXXVII.

omissa scheda, lemma Regis in peripheria legatur.

Hic nummulus a privato fortasse signatus, eandem facile cum antecedentibus occasionem habuit. *M. Imp. ar. pond. semidr.*

XIII.

Antica inscriptionem, sex lineis comprehensam atque pargergis cinctam, exhibet: IN. MEMORIAM. REGIÆ CORONATIONIS. ET. COMITIORVM. RATIONIS: *onensum* ANNO. M. DCLIII. In imo siglæ artificis H F contractis litteris.

In postica aquila biceps, globo Imperii crucigero insistens, altero capite coronato solem, altero, corona pariter redimito, populum intuetur, adiecto in ambitu versu:

RESPICIT HÆC POPVLVM. RESPICIT ILLA POLVM.

In recessu schema urbis *Ratisbonensis*.

Numisma explicatione non indiget, cum illam inscriptio partis adversæ abunde suppeditet. Id unum animadversione non indignum, adludi hic eleganter ad Regis symbolum: & quamvis duplex aquila Imperatori magis, quam Romanorum Regi debeatur; quia tamen singula hæc futura magis, quam præsentia tempora (quippe cum Romanorum Regi, Imperatore adhuc in vivis degente, haud par in Imperio potestas competat) respiciebant; ad exprimendum symbolum suum, duplici aquila non incongrue u-

TOM. II. P. II.

tebatur. *M. S. B. au. 10. duc. M. Imp. ar. pond. semunc.*

PROLES  
FERDI-  
NANDI  
III. IMP.

XIV.

Non multum differt hic a præcedenti, quin ab eodem artifice confectus est, ut ex siglis, in imo margine partis adversæ positus, patet. Totum fere discrimen in magnitudine, & corona laurea, quæ hic inscriptionem ambit, consistit. *M. S. B. ar pond. 1. dr. G. C. locul. II. tab. V. n. 39. p. 83.*

XV.

IMPERATOR ET REX FERDINANDI III ET IV PAT. ER ET FILIUS PII AVGVSTI. Protomæ amborum armatæ, cum palliis, capitibus iugatis & laureatis, ad sinistram conversis.

Elegantem hunc nummum iconicum anno demum 1653. cufum fuisse tenemus; etsi enim FERDINANDUS IV. Rex sine additamento *Romanorum* scribatur: patet tamen cum ex habitu vultus, tum ex laureola, quam capite gerit, *Regiam Romanorum* dignitatem, quam prædicto anno adquisivit, hoc loco intelligi debere.

Quantam festivitatem iucunditatemque universo non modo populo Austriaco, sed toti Imperio Romano attulit, Augustum patrem Cæsarem revereri, simulque intueri Augustum eius filium Regem Romanorum: ad tantam maioremque tristitiam contorsit rempublicam Christianam huius immatura mors, quæ Principem, tribus coronis iam fulgentem, in ipso ætatis flore, annorum scilicet XXI. variolis

li 2

riolis



PROLES FERDINANDI III. IMP. riolis e numero viventium IX. Julii 1654. abripuit. *M. Imp. ar. pond. semunc. I. dr. fus.*

## XVI.

Anterior pars columnam sistit, inter armorum congeriem erectam: eidem imposita est aquila Imperii biceps coronata, gladium sceptrumque tenens. Additur in ambitu versus:

HOSTIS UT VMBRA CADET SED  
NON CADET ISTA COLUMNNA.

Pars posterior in ferto, ex ramo palmæ & lauri nexo, frequentem continet inscriptionem: AVGVSTISSIMÆ ORBIS. COLVMNÆ APVD SE ELECTÆ ET. ERECTÆ FERD: *inando* IV. FIDELIS AVG. *usta* VIND: *elicorum* ANNO. 1. 6. 53.

Gratulantur sibi Augustani ob electionem FERDINANDI, apud se factæ. Contigit id die ultima Maii anno in nummo expresso, ut superius iam meminimus. Tum vero gratulantur & Regi Romanorum ob adeptam coronam, seseque Regiæ tutelæ commendant.

Idem Augustani paullo ante, die nimirum XXII. Maii, nummos aureos quingentos FERDINANDO III. Cæsari obtulerant, quorum aduersa effigiem Augusti, averfa hæc verba continebat: AVGVSTISSIMO AVGVSTA VINDELICORVM (a). *M. Imp. ar. pond. I. dr.*

## XVII.

VIVAT. FERD: *inandus* IIII. ROM. *anorum* REX 1653. Voto huic, quatuor lineis distincto,

(a) Theatr. Europ. cit. tom. VII. p. 356.

imminet corona Imperialis inter duos palmæ ramos. Tab. XXXVII.

Postica pantheram Styriæ, in tetragono, parergis ornato, sistit.

Nummus hic argumento est: Styriæ quoque Ordines ob peractam feliciter Regis Romanorum coronationem, publico hoc monumento, fortasse inter signa lætitiæ populo sparso, applausum fecisse. *M. Imp. S. B. ar. pond. semidr.*

ELEONORÆ MARIÆ,  
REGINÆ POLONIÆ,  
NUMMI.

## XVIII.

MICHAEL D. *ei G. ratia* REX Tab. XXXVIII.  
POL: *onia* M. *agnus* D: *ux* LIT:  
*huania* RUS: *sia* PRUS: *sia* MAS *so-*  
*via* SAM: *ogithia* &c. &c. Proto-  
tome Regis armata cum paludamento, capite corymbio obte-  
cto, laureato & ad lævam con-  
verso. In imo siglæ artificis  
I H.

In area posticæ a dextris aquila simplex supra globum terraqueum, inter solem & lunam constitutum, *Polonia* tessera, pectore gerens scutum, cui eques argenteus in solo rubro impressus, *Lithuania* symbolum, cernitur. Huic adiungitur aquila Imperii biceps coronata & expansa, pectore ostendens scutum *Austriaco-Castellanum*, symbolum videlicet *Cæsareo-Austriacum*. Comparet superne oculus *Divinitatis*, radiis coruscus, & sub pedibus aquilarum scheda erratica, cui lemma votivum: CONCORDES PERENNENT, inscriptum.